AUGUSTINUS
Admont, Mitte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25972
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Si enim recte discernunt eternitas et tempus. quod tempus sine aliqua mobili mutabilitate non est. in eternitate autem nulla mutatio est. quis non videat quod tempora non fuissent nisi creatura fieret. que aliquid aliqua motione mutaret. cuius motionis et mutationis cum aliud atque aliud que simul esse non possunt esse desinit atque succedit in breviorib' uel in productioribus morarum interuallis tempus sequeretur. Cum igitur dominus meus eternitate nulla omnino est mutatio creator sui temporis et ordinator. quomodo dicatur post tempora spatia mundi creasse non video. nec dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturam. cuius motibus tempora currerent. Porro si interesset sacre maxime quoque ueraces ita dicunt. in principio fecisse deus celum et terram. ut nihil antea fecisse intelligatur. quia hoc potest in principio fecisse dicere retur. si quid fecisset ante cetera cuncta que fecit. proculdubio non esset mundus factus in tempore si cum tempore. Quod enim fit in tempore et praealiquid fit et ante aliquid tempus. praeter id quod praeteritum est. ante id quod futurum est. Nullum autem posse esse preteritum. quia nulla erat creatura cuius mutabilibus motibus ageretur. Cum tempore autem factus est mundus. si in eius edicione facta est mutabilis motus. sic uidet se habere et ita ordo ille primus seu ut septem dierum. in quibus et mane et uespera nominantur. donec omnia que in his diebus deus fecit sexto perficiantur die. septimo quoque in magno mysterio dei narratio commendetur. Quid dies eiusmodi sint. aut perdificile nobis aut etiam impossibile est cogitare. quanto magis dicere.

Viuemus quippe istos dies notos non habere uesperam. nisi desolis occasu. nec mane nisi desolis exortu. Quae autem priores tres dies sine sole peracti sunt. qui die quanto factis referatur. Et primitus quidem lux uerbo dei facta. atque inter ipsam et tenebras deus separasse narratur. et eandem lucem uocasse diem. tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux et quo alternante motu ——— mota qualemque uesperam et mane fecerit remotum est a sensibus nostris. nec ita ut intelligi a nobis potest. quod tamen sine ulla hesitatione credendum est. Aut enim aliqua lux corporea est siue in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris. siue unde sol post modum accensus est. aut lucis nomine significata est sed ciuitas in sedis angelis et spiritibus beatis. de qua dicit apostolus. Quae sursum est ierusalem mater est nostra eterna in celis. Aut quippe et alio loco. Omnes enim uos filii lucis estis et filii diei. non sumus noctis neque tenebrarum. Si tamen et uesperam diei huius et mane aliquatenus congruent intelligere ualeamus. quoniam seruitia creaturae in comparatione seruitutis creatoris quodammodo uesperascit. Letique lucescit et mane fit. cum ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris. nec in nocte